



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvum Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

1 Promissio facta pro palmario litis illicita est.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**

DECISIO I. *Ex cons. 1. alias 4. de prescrip.*

1 **Q**uamuis onera, & præstationes annue, & alia servitia, que de facili solent accipi, & concedi de gratia, & liberalitate, ut est hospitatio amici, & similia, etiam tempore immemoriali solita, in debite soluta præsumuntur; Illa tamen que magna & graviora sunt, & que non facili de gratia, & liberalitate præstantur, si per tempus immemorabile sine contradicione præstita fuerint; etiam a principio accepta, & præstita fuisse aliquo bono titulo liberae donationis, vel gratiarum actionis, & recognitionis beneficii accepti, vel alia iusta de causa, & non per vim, nec metum, nec tanquam gratis, & sine obligatione præsumuntur, cum ecclesia Surtina, de caus. post. & propr. & Inno. in c. bone, 2. de post. præ. Et eiusmodi possessio immemoralis vim constituit, & tituli habet.

DECISIO II. *Ex cons. 1. alias 6.*

2 **P**romissio quæcumque legitima, & deliberatè absque dolo, & metu facta, quamvis nuda sit, nec vlla scriptura, aut testibus probari potest; in foro conscientie servanda est; c. 1. & 3. de pact. & actionem, & ius agendi parit in foro interiori; nec vllum defectum iuris probationis defectus inducit; Et si res. solvenda alicuius momenti sit, potest is, cui promissio facta est, a Papa, vel ab ordinario Episcopo monitionem impetrare sub pena excommunicationis lata sententiæ, per quam omnes, qui audierunt hanc promissionem factam fuisse, revocare compellantur, ad probandum eam fuisse factam, si opus fuerit in foro exteriori; ut colligitur ex Concl. T. in sess. 25. cap. 3. de ref. & ex c. ad nostra, de iur. et. & c. si sacerdos, de offi. ord. & sub eadem pena excommunicationis debitor ad promissum solvendum cogi potest.

DECISIO III. *Ex cons. 3. alias 5.*

3 **V**x militum potens auctoritate Regia inducere centum milites, & dare illis stipendia impensis alicuius oppidi, & conveniens cum oppidanis, ut non inducat in oppidum plures quam 80. & vere non inducit nisi 60. Sed tamen capit ab oppidanis stipendia omnium 80. peccat, & stipendium absentium acceptum iniuste de præcepto eidem Communitati, seu oppidanis restituere tenetur; cū iniuste acceptum contra voluntatem alicuius, vel de voluntate eius, sine turpitudine & peccato ipsius ex præcepto restituendum sit, ut tradit Nau. in Manua. c. 12. nu. 29. & 30. unde cum Dax iniuste stipendium absentium accepit sine vlla turpitudine, aut peccato ipsius communitatis, eidem Communitati sic iniuste acceptum restituere tenetur.

DECISIO IV. *Ex cons. 4. alias 2. de conuers. infidel.*

4 **C**oniuces infideles infidelitate valide Matrimonium secundum eorum leges contrahentes, ad fidem conuersi cum solemnitate ecclesiæ iterum contrahere non tenentur, cum baptismus legitima Matrimonia non dissolvat. Gaudemus. de divorcijs, & c. iam nunc, 28. qu. 1. Sin verò contrahant in infidelitate Matrimonium omnia aliqua solemnitate secundum suam legem, vel sectam, ad fidem conuersi cum solemnitate Ecclesiæ requisita contrahere tenentur, cum regulariter quod nihil erat ante conversionem, non sit aliquid, aut validum ex sola conversione; c. Non præstat, de regul. iur. in 6. & c. ex tenore, de rescripto quod aliud est se ad fidem convertere, & aliud contrahere Matrimonium: & a separatis non recte sit illatio. l. Pa pinianus. ff. de minorib.

DECISIO V. *Ex cons. 5. alias 7.*

5 **R**egularis simplex non habens prælationem, nec administrationem non potest se ad aliquid nisi de mandato, & licentia superioris sui obligare; cum religiosus voluntatem propriam non habeat, sed solum a superioris voluntate pendente; c. quorundam, c. si religiosus, de elect. in 6. Ita vt nec per suum iuramentum validam facere potest obligationem sine superioris consensu; quandoquidem nec votum, quod magis obligat, quam iuramentum ex S. Tho. 2. 2. q. 89. ar. 8. & Nau. in Manua. c. 12. nu. 3. 2. a religio sine superioris licentia factum, firmum, aut validum sit, prout asserit idem S. Tho. q. 88. ar. 8.

DECISIO VI. *Ex cons. 6. alias 1.*

6 **D**ebitor, qui bona sua decoxit, & cui vt cognati, vel amici eius aliquam partem debitorum soluerent, maior pars creditorum remittit duas partes sibi debitorum, & pactum facit de non petendo remissa, si per postea que sita veniat ad pinguiorem fortunam, in foro conscientie nec duas illas partes sibi remissas præfatis creditoribus, ne que minori parti creditorum, que remissioni consentire noluit, restituere tenetur; cum creditorum pars maior debita in præiudicium minoris, ei qui ex inopia, vnde solvatur, non habet, remittere valet; l. iurisdictionum, §. fin. & l. & suum, & l. maiorem, & l. rescriptum, ff. de pact. quamvis enim remissio partis debiti facta debitori ob timorem perdedi totum, quando debitor habet vnde solvat, vel de sua malitia nascitur ille timor, nisi pars illa eiremitteretur, obligatus est in foro conscientie restituere, quod sibi remissum est, vt ait Caiet. 2. 2. q. 62. articulo 3. Syl. verb. restitutio, 7. q. 1. & 2. & Nau. in Man. cap. 17. nu. 75. eo quod debitores in tali euentu remississe videntur ob timorem perdedi totum; secus tamen, quando ex vera debitoris inopia, & utilitate creditorum omnium remissio facta sit, tunc enim debiti remissio a maiori parte creditorum facta debitorum illum in vtroque foro liberat, etiam si postea ad pinguiorem fortunam perueniat.

TITVLVS XXII. De Procuratoribus.

S. V. M. M. A. R. A. V. M.

- 1 Promissio facta a pro palmario litis illicita est.
2 Procuratorem ad exigendos reditus constituens nihil ab eo hac de causa agere potest.
3 Procurator contemplatione societatis constitutus societatem obligare valet.

DECISIO I. *Ex cons. 1. alias 4. de pactis.*

1 **P**romissio pro palmario litis aduocato facta, illicita est, nec promittentem obligat, nec aduocatus iura conscientia promissum capere potest, sed sumptibus, & salario moderato, cum aliquo palmano pro personarum qualitate temperato, contentus esse debet; l. si qui, C. de postulat. cap. arceantur, 3. q. 7. & gl. in l. sumptus, ff. de pact. præsertim, cum promissio talis de dando magno palmario in solo casu victoria, est probabiliter dare magnam occasionem tractandi causam illicitè, vt per fas, & nefas vincat, eo quod dabitur ei palmarium si vincat, non autem si vincatur, Datio autem occasio a lege prohibita, peccatum est; ex Nau. in Man. cap. 3. nu. 10. & cap. 24. nu. 25.

DECISIO II. *Ex cons. 1. alias 2. de Deposito.*

2 **P**rocuratorem ad exigendos reditus facile reuocari petentes constituens, nec aliquo ei ob labores subeundis consti-